


HISTORIA DOCTRINÆ  
DE  
ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΙΑ  
SCRIPTURÆ SACRÆ.



PARS PRIMA,  
QUAM  
APPROB. MAX. VEN. FACULT. THEOL.  
PRÆSIDE

*Mag. JAC. TENGSTROM,*

*S. S. Theol. Prof. Reg. & Ord.*

PRO CANDIDATURA THEOLOGICA

AD PUBLICUM EXAMEN DEFERT

*Mag. ANDREAS JOHANNES LAGUS,*

*In Litt. Gr. Docens, & ad Reg. Acad. Biblioth. Aman.*

IN AUDITORIO MAJORI D. 8 DEC. 1798.

H. A. M. S.

---

ABOÆ,  
Typis FRENCKELLIANIS.

HISTORIA DOCTRINA

# GEOMETRICA

SCRIPTURAE SACRAE

APPROBATA ALEXANDRIAE

IN ACADEMIA

MAG. JAC. TAVETI

1713

PHILOSOPHIAE

ANALYTICAE

MAG. ANDREAS SCHNEIDER

IN ACADEMIA

PHILOSOPHIAE

1713

ANNO

MDCCXIII



## PROOEMIUM.

Quanti sit usus, ne dicam necessitatis, ut ad Dogmaticam Theologiæ scientiam, penitior Historiæ litterarumque simul adjungatur cognitio, facile sentiet quicumque variarum, quas subiit Religio Christiana, vicium mutationumque, vel levigrem acquiliverit cognitionem: viamque inprimis, qua instantes summi, quos Reformatorum nomine celebramus, viri, familiarem sibi reddiderit atque perfectam.

Quum scilicet seculo XVI. eo jam ventum fuisset, ut pro doctrina, ad sanctum virtutis amorem, mortalium animis instillandum comparata, claraque eadem & simplici, qualem prima Novi Testamenti ætate Christianam colere licuit Religionem, disciplina vanarum subtilitatum tricarumque infanda sæce, fabularumque anilium limo fœdata, a coeco Theologorum Scholasticorum grege mentibus obtruderetur; spreta pristina traditionum humanarum farragine, rejectisque opinionum commentis, divina hæc ingenia Theologiam Scripturæ Sacræ convenienter docere cœperunt, erutisque primo & probe exploratis dogmatum fontibus, ea tantum retinuerunt, quæ cum ratione & revelatione optime cohærere putarent. Quæ vero in apricum protulerant dogmata, argumentis undique tam ex Scriptura Sacra, quam Historia Ecclesiastica sollerter conquisitis ita stabiliverunt, ut frustra ad ipsa evertenda rueret satellitum Romani Pontificis immoderata cohors. (a) Et huic quidem

A

---

(a) Vide Cel. G. J. PLANCKS Geschichte der Entstehung, der Veränderungen und der Bildung unsers Protestant, Lehrbegriffs &c.

dem emendatæ Theologiam tractandi rationi modoque maxime originem suam debuerunt ad miraculum usque rapidi reformationis progressus, hinc læta recentiori ævo Theologiæ nostræ fluxerunt incrementa; quod facile agnoscet, quicumque accuratiori rem examini subicere voluerit: cito reperturus, non uno nomine saluberrimam esse Historicæ illius cum Dogmatica Theologiæ conjunctionem.

Et primo quidem in Hermeneuticis, quam maxime necessaria sit illa historię litterarumque cognitio, quis non videt? Ut enim de Authentia sacrorum librorum, quæ ex Historia tota pendet, nihil loquamur; huic gratiæ debentur, quoties veram textus rationem, veterem confirmando, emendando vel repudiando, pro certo definire valeamus. Atque in genuino verborum sensu detegendo, præcipue valere patet studium Historiæ litterisque antiquitatis dicatum. Unde quoque opinionum monstra, e verbis sæpe nata explicatis, non ex antiqui moris usu, sed ex Etymologia ratiociniisque peruersis (b), haud melius refutantur, quam si consulta veterum

inpr. 2:es und 3:es Buch, 1:er Band, p. 125 sqq. Leipz. 1781. Neque vero defuerunt qui summa exempla mox secuti, armis e historia litterarumque penu defumtis Pontificiorum spectra macule oppugnarent, quorum acerrimos jure habeas MATTH. FLACIUM & MART. CHEMNITIUM, quorum hic *Examine Concilii Tridentini*, ille *Centuriarum Magdeburgensium* voluminibus, Papæ vehementer infregerunt auctoritatem.

(b) Istiusmodi fuit e. gr. origo errorum Pontificiorum in loco de *penitentia*, qui neglectis *metavciās* & *metapeleias* verbis, illam, ex etymologia quasi *penitentiam*, in contritione ponebant. Tetræ quoque de *Transsubstantiatione* doctrinæ idem fuit fons: similia sexcenta ut prætereamus exempla. Vid. Celeb. Jo. AUG. ERNESTI *Opuscula Theologica* pag. 25 sqq. & 576. Lipsiæ 1773.

rum bibliotheca, & ipsorum sentiendi ratione diligenter explorata, ad veram vocabuli cujusque attendatur significationem: ut & quicquid in genere errorum introduxerint prava ingenia, præjudicatæ opiniones & superstitionis infania, potissimum refelluntur, cum altius repetendo, Historia duce, origo ipsorum fontesque lutulenti detegantur.

Neque minus in doctrinæ capitibus probandis & defendendis, quam erroribus extinguendis, hallucinatur & errat, hancce a magnis viris signatam viam quicumque deserere audeat. Quum enim Theologia Christiana non sit disciplina rationis & ingenii humani, sed ab auctoritate Dei & a factis, quæ scriptura sacra traduntur, hauriri debeat; manifestum est, illam a verborum & historiarum intelligentia præcipue pendere, qua itaque qui destitutus est, argumenta nullo fundamento nixa misere extorquet, rebusque commentitiis implet omnia.

In dogmatibus vero proponendis, multum abest, ut ad rationes hominum ævique sui se accommodare valeant hujus generis Theologitæ. Quin potius ratos quosdam habere solent locos communes, in quibus placide acquiescunt, neglectis aliis, sæpe melioribus, quæ vel e ditissimis sacrarum litterarum, vel aliorum Auctorum scriniis abunde colligit interpretis diligentia atque exornat. Id nimirum omnibus, quæ ingenuæ & liberales vocantur, artibus est commune, ut maximis obnoxia sint mutationibus, & florescentibus litteris majorem quotidie adipiscantur lucem. Theologiæ autem hoc singulare accidisse, ut nihil sedulo tot magnorum ingeniorum studio & solertia profectum, nil priorum hominum diligentia emendatum sit & purgatum, stolidi sit statuere. Quæ cum ita sint, mira que simul ingeniorum dissimilitudo inter homines se prodatur, magnam flagitans pariensque in argumentis varietatem; apparet undique ex aliorum libris esse congerenda, quæ ad

rem faciant, Patrumque, ut vocant, Ecclesiæ serinia imprimis referenda: quippe quorum non pauci & doctrina claruerunt & ingenio.

In veritatibus item sanctissimæ doctrinæ a novitatis crimine vindicandis — cujus quidem contumeliam in nostros devolvere voluisse Papistas, Historia testatur — quis non videt, ad historica illa rursus confugiendum esse? Ex vera scilicet S. litterarum interpretatione, atque scrupuloso veterum examine probabitur, eadem jam doceri, quæ post Christum traderunt veteris illa lumina Ecclesiæ.

Neque inter commoda, quæ historicam illam de quadrimus, concomitantur cognitionem tacendum est præcipuum illud, quod inutiles in Theologia disquisitiones vitare doceat; rerum nempe, quæ captum nostrum superent, nullamque ad doctrinam illustrandam moresve emendandos habeant vim. Ad quas vero agitandas, quam proclive sit ingenium humanum, campum in quo exspatietur & evolet anhelans latiore & limitibus fere liberum; plus satis probant de *Trinitatis* mysterio, de *processione Spiritus sancti*, ceteræque ejusmodi controversiæ, tristes semper & delendæ, tum vero stultæ imprimis, quando in illas incidant homines literarum imperiti, qui cum e scripturis veritates indagare nequeant, in tricas & nugas inanes, sophismatumque laqueos tuppiter delabuntur. Cujus rei documenta, ridenda, an lacrymanda vix dicas, ad nauseam colliget, quicumque Herculeum, horrida Theologorum Scholasticorum monumenta scrutandi, laborem suscipere haud reformidet. Ab hoc itaque scopulo Theologum avertat, necesse est, fatorum rei Christianæ peritia; neque fieri potest, quin ipsum terreat vitii ejus periculum, cum viderit tot jurgia & lites, acerbissimas tot Ecclesiarum inimicitias & bella originem

nem duxisse, non nisi a nimia Theologorum quorundam curiositate, vel ignorantia atque imprudentia, quibus factum, ut vel veteres sub cinere latentes, suscitaverint flammam, vel per inconsideratas loquendi formas nova inflammaverint contentionum incendia.

Atque ego nondum dixi, hanc Theologiam tractandi rationem, stolidam illam atque insolentem tollere arrogantiam, quæ ex ignorantia historię litterarumque non raro oritur. Quum scilicet, qui Reformatorem gloriam aucupentur, insolitas verbis obtrudant significationes, jam novas veritates atque aliis plane inauditas se invenisse jactant; & quod vel intolerabilius est, se solos ad scientię culmen pervenisse sæpe credentes, ceteros procaciter spernunt: puero haud multum absimiles luscioso, qui ubi arduum sibi visum montis cacumen ascendere valuerit, summum mortalibus scandere datum se jam attigisse fastigium jactabundus lætetur, elatiora longe ejusdem jugi, ob hebetem lippientium oculorum aciem, non animadvertens cacumina, quanto minus pharum in supremo ejus vertice nubibus sublime caput condentem.



Insignia vero hæc, aliaque præterea, (c) ne per nimios anfractus rem adire videamur, nobis jam omittenda, perpendens commoda, quis dubitet, quin magnam utilitatem afferre possit, quæ ad originem dogmatis cujuscumque, variamque

---

(c) Cfr Cel. Jo. AUG. ERNESTI *de Theologiæ Historiæ & Dogmaticæ conjungendæ necessitate & modo universo: Opusculorum Ejus Theologicorum* pag. 565 sqq. Jo. A. NÖSSELT *Anweisung zur Bildung angehender Theologen*. Halle 1786. & G. J. PLANCK *Einleitung in die Theologische Wissenschaften*. Th. I. Ier Abschn. Kap. X. pag. 102 sqq. Leipzig, 1794.

speciem ac formam, sub qua ipsum apparere voluerint varia ingenia, e litteris atque historia sollicitè indagandam, impentur opera. Quumque simul jucunditate se commendent singulari, nostrisque cum studiis amice conveniant hujuscemodi dilquisitiones, huncce potissimum elegimus campum, in quo, specimen quoddam edituri Theologicum, vires quid valeant, periclitaremur. In vastissimo autem historiæ divagantibus pelago, nobis præcipue se obtulit doctrina de Θεοπνευστικῆ Scripturæ sacræ, quippe quæ argumenti dignitate, copiaque simul atque varietate longe emereret. Quis enim nescit, sententiarum quanta divoria de Librorum, quos pro Sacris habere siveit Ecclesia, inspiratione fuerint, quorum itaque rudi carbone describendorum capere jam auri fumus consilium, haud quidem immemores Horatiani:

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam  
Viribus . . .

attamen mitiorem conatum juvenilium læti sperantes cen-  
suram.





§. I.

Ut vero ab initiis proficiscamur, primo accuratius explicandum nobis erit, quid per θεοπνευσίαν intelligi jubeat genius linguæ: cujus vero vocis ipsius, cum, quantulacumque monumentorum veteris Hællados perferutatione, specimen ne unum quidem investigare valuerimus, in notione proxime sibi cognati θεοπνευστος eruenda, atque ex antiquioribus Græcorum scriptis, (ubi vero rarius ipsam quoque occurrere dolemus), quantum a nobis fieri potest illustranda, aliquantum versabimur. Natales itaque suos repetit θεοπνευστος ex θεος, Deus, & πνευσαι, Perf. Pass. Verbi πνεω, flo, spiro. Activam explicationem, qua ex analogia Adjectivorum θεοφραστος, ἀπνευστος, εὐπνευστος, Deum spirans redderetur, legibus linguæ non quidem omnino repugnare concedimus; atqui passivè accipiendum esse vocabulum nostrum, ut vertatur, a Deo inspiratum, id quidem non tam svadet, quam jubet usus vocabuli omnis. Latissime patere ipsius significationem, ex collatione cum phrasi consentanea ἐμ-

*πνευσος* *θεω* colligi potest: de *rebus* vero potissimum antiquitus dici solitum, observasse nobis visi sumus. Quapropter quoque minus placet eorum sententia, qui *θεοπνευσος* idem omnino significare statuunt, ac *θεοδιδαντος*; utpote quod de *hominibus* proprie usurpatum fuerit, *quorum sensa & sermones peculiari crederentur numini esse tribuenda*: rarius autem de *ipsis notionibus*, qua ex parte cum nostra quodammodo convenire non negamus. Latior vero, uti jam diximus, fuit vis vocabuli *θεοπνευσος*, quod non de sermonibus modo, scriptis & ideis dici, sed ad quosvis virium, animi & mentis, quin corporis etiam, habitus præsertim insolentiores, & mutationes, ex antiqua loquendi ratione transferri potuit; ut significet *quicquid ita a Deo suggestum esse putaretur effectumque*, & quidem per *inspirationem* quandam *afflatumve*: quæ rudiori inprimis, ad sensus omnia trahere nitenti, rationi humanæ, maxime conveniens visa est via, qua ad mortales vi sua impetuque beandos descenderent numina. α) Unde Hebræis præcipue Græcisque, ac Romanis etiam tam adamata phrasis, qua,
   
 qui

---

α) V. GENES. C. II. v. 7. JOB. XXXIII. 4.

qui vel indole mentis excelliori, vel incepto quodam insolenti, & facinore grandiori, mortalibus præscriptos quasi transilire videretur cancellos, idem præcipue כרוח יהיה, ἐμπνευστος θεῶ, atque a Latinis etiam *divino spiritu afflatus* hæc valuisse, idem valentibus locutionibus diceretur.

Neque forte erraverimus, si contendamus, id potissimum θεοπνευστον dici siveisse, quod ad singularem illam spiritus divini vim atque efficaciam ita pertinere crederetur, ut soli Numinis præsentis totum adscribendum esset auxilio: instrumenti vices tantum agente, immo invito etiam sæpe atque coacto eodem, a quo profectum esse videretur. Sic apud PLUTARCHUM (in Lib. V. Cap. II. de *Placitis Philosophorum*) sibi invicem opponuntur insomnia Φυσικα, in quibus scilicet fingendis formandisque animo pro lubitu versari liceat, & θεοπνευστα, quæ contra necessitatem quandam fieri dicuntur. Verba sunt: β) Ἡροφίλος (Φισιον) τες ὄνειρες τες ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΟΙΣ ΚΑΤ' ΑΝΑΓΚΗΝ γινεσθαι, τες δε Φυσικες, ἀνειδαλοποιεμενης τῆς ψυχῆς το συμφερον.

B

ma-

matis, quod sub PHOCYLIDIS nomine vulgo circumferitur, *υεθετικε* v. 122:

Τῆς δε θεοπνευστε σοφίης λογος ἐστιν ἀρίστος,

quā eandem tueatur vim atque potestatem vocabulum *θεοπνευστος* — de eo quidem dubitare non fuit vulgaris antiquiorum opinio seculorum, qua, quicquid sapientiæ insignioris, vel dementiæ contra & fatuitatis, humana ostendisset mens, a Diis profectum, & numini ipsorum omne referendum esse putarent γ).

Neque vero his repugnare unicum, in quo occurrit vocabulum *θεοπνευστος*, Novi Testamenti locum, infra probabimus: genuinam item e Scriptis Patrum, quos vocant, Ecclesiæ, vocis notionem studiosius exposituri, ubi nos ad illa examinanda duxerit series

---

γ) DAN. II, 21. JOB. XXXII, 8. PROV. II, 6. SAL. Sap. VII, 15-28; VIII, 21; IX, 4, 18. ECCLESIASTIC. I, 1, 9. II. SAM. XV, 31. I. REG. IV, 29. HOMERI *Iliad.* VI, 234, XVII, 311 sq; XIX, 137. *Odys.* XXIII, 11, 12, 13. *Margit.* fragment., quod HOMERO tribuitur v. 26. PINDARI *Olymp.* IX, 42, XI, 10, XIV, 12-14. *Pyth.* v. 15. EURIPIDIS *Suppl.* 734. Et quis in fabulis veterum de mirando, e capite Jovis Minervæ ortu, ejusdem opinionis non agnoscat vestigia?

ries historiæ. Maxime porro idem confirmant dictio-  
nes consentaneæ θεῶ ἐμπνεύσου, πνεύματος πληρῆ εἶναι,  
ἐνθεσιαζεῖν, similesque ceteræ, quarum eam esse natu-  
ram comperimus, ut statum significant, hominibus  
sponte contingere creditum, quo quidem durante non  
mens modo, verum corpus etiam singularem non ra-  
ro paterentur mutationem δ).

Ex allatis jam facile ad intelligendum esse arbi-  
tratur, quid per θεοπνευστιῶν S:æ S:æ tribui solitam si-  
gnificetur, in eo scilicet fere positam, ut quæ conti-  
nēt Librorum sacrorum corpus, mediate, vel imme-  
diate, magis minusve speciatim S. Auctores instruē-  
te, excitante & moderante summo Numine conscri-

B 2 pta;

δ) LXX in NUMER. XI, 17, 25-27; XXIV, 2. (Cfr. JOSE-  
PHI *Antiq. Jud.* Lib. IV. c. 5.) JUDIC. XIV, 6; 1. SAM.  
XI, 6; XVI, 14 sqq; XVIII, 10; XIX, 9. MATTH. IV,  
24; XII, 22; MARCI I, 23, IX, 17. LUCÆ I, 35, 43,  
IV, 33. ACT. APP. II, 4; IV, 31; IX, 18, 19; X, 45,  
46; XIX, 6. TOB. III, 8. PLATO T. I. pag. 533. T. III.  
pag. 244. sq. (Ed. H. STEPHANI 1578 fol.) PLUTARCHUS  
T. VII, p. 124, 654. T. VIII. p. 465. (Ed. Reiske) LON-  
GINUS περὶ ὑψους pag. 26, 110. Ed. S. Fr. N. Mori,  
Lipf. 1769.

pta, neque ergo tam pro humanis, quam pro divinis omnino oraculis habenda esse crederentur ε). Quæ apud Judæos enata, ad Christianos deinde manavit opinio.

§. II.

Non omnibus tamen domesticis Judæorum, scriptis parem olim concessam fuisse auctoritatem, notum est. In duas vero fere classes, ratione præsertim diversæ illorum ætatis, ab antiquis retro temporibus dispesci solita fuisse, creditur.

Quum scilicet e captivitate Babylonica reduces Judæi novæ condendæ civitatis, Templique simul extruendi consilium cepissent, huic ne quid, pristino invidendi, decoris deesset, vetustissimorum suæ gentis scriptorum, quicquid servare valuerat pia privatorum cura ζ), conquisite congesta, pro more antiquissimo æde

ε) V. S. J. BAUMGARTEN *Evangelische Glaubenslehre* P. II. Art. X, §. 4. Theol. III, Tom. III. p. 32. (Ed. J. S. Semler) JOH. GERHARDI *Loc. Theol.* T. II. L. I. C. II. pag. 17 sqq. (Ed. Jo. Fr. Cotta). G. FR. SEILER *üb. Göttl. Offenbar.* K. VI. Diversorum vero inspirationis graduum, sagandi modorum explicationes vid. in J. G. TÖLINERI *Libro: die Göttl. Eingeb. d. Heil. Schr. unterf.* §. 5-9. p. 101 sqq.  
 ζ) Vide J. G. EICHORN *Einleitung ins Alte Testament,*

n) æde sacra reposuerunt viri, de sinceritate Religionis  
 suæ, non minus quam de sancta legum Mosaicarum

B 3

obser-

Th. I. §. 5. pag. 25. Ed. II. Lips. 1787. Falsam vero esse  
 fabulam, qua narratur, librorum novi Templi colle-  
 ctionem, Bibliothecæ Templi prioris, a JEREMIA incen-  
 dio ereptæ, originem debuisse; argumentis e manco ejus  
 habitu depromtis, extra omne dubium ponit idem Auctor  
 acutissimus in lib. cit. §. 4. p. 20 sq.

n) Es war durchs ganze Altherthum gewöhnlich, alle Wer-  
 ke des Geistes, wie Gesetze, Verträge, Erfindungen und  
 selbst grosse Werke der Litteratur an einen heiligen Ort,  
 besonders in die Tempel der Gottheiten niederzulegen,  
 und als Werke, welche man von ihnen ableitete, auch  
 wieder ihrer Fürsorge zur Erhaltung und Ueberlieferung  
 an die Nachwelt anzuvertrauen. Man glaubte der schen-  
 kenden Gottheit seine Dankbarkeit dadurch an den Tag  
 zu legen, seinem Werke selbst mehr ansehen durch die  
 Heiligkeit des Orts der Aufbewahrung zu verschaffen,  
 und dasselbe vor frühen Untergang nicht besser sichern  
 zu können: egregie dicit EICHORN l. c. §. 3. p. 17.  
 V. Exod. XXV, 16. DEUTERON. XXXI, 9, 24-26. (Cfr II.  
 REG. XXII: 8.) Jos. XXIV, 26. I. SAM. X: 25. PLATO *Pro-  
 tag* (T. I. p. 343. B. Ed. *Serr.*) (Cfr. PAUSANIE τῆσ' Ἑλλ. περὶ μυσ-  
 αῖσ L. II. p. 857.) PAUSANIE L. II. pag. 155, (Ed. *Fr.*  
*Sylburgii* ac *Jo. Kubnii* Lips. 1696, Fol.) *ATHENÆI*

observatione folliciti §). Hæcce collectio, recentioribus quibusdam postmodum aucta voluminibus, atque *Veteris Testamenti* annis labentibus sortita nomen, quando terminata fuerit, in ambiguo reliquit vetustas 1). Quod vero jam ante æram Christi, & per

---

*Deipnosoph.* L. IV. C. XXIX. pag. 123. (Ed. *J. Casauboni* Lugd. 1657, Fol.) STRABONIS *Γεωγ.* L. VIII, p. 252. Ed. *E. V. Atrebat* 1527, Fol.

§) ESDRAM auctorem hujus consilii, a NEHEMIA continuati, fuisse, vetus, nec parum verosimilis fama est. V. EICHHORN I. c. §. 5. p. 26 sqq. Et quidem per novæ inspirationis miraculum libros sacros restituisse pro more suo præ ceteris creduli narrant Patres Alexandrini. Sic CLEMENS ALEX. *Strom.* Lib. I, (Cfr. IRENÆUS *adv. Her.* L. III. C. 25. p. 347. Bas. 1571.) διαφθαρεισων τῶν γραφῶν κατα τῆς Ἀρταξερξῆς τῆ Περσῶν βασιλεως χρονος, ΕΠΙΠΗΝΟΥΣ Ἐσδρας ὁ Λευιτης, ὁ ἱερευς γενομενος, πασας τας παλαιας ἀνδεις ἀνανευμενος ΠΡΟΕΦΗΤΕΤΕΣΣΕ γραφας. V. Opp. ejus p. 342, (item p. 329). Ed. FRID. SYLBURG. Lutet. 1629 Fol. Cfr. TERTULLIANUS *de Habit. Mulier.* C. III, p. 252. (Ed. c. Anott. *Jac. Pamelii* Fol.) & AUGUSTINUS *de Mirabilibus* Lib. II, fine p. 533. Bas. 1569.

1) EICHHORN I. c. §. 15. Not. s) p. 59: Wenn JOSEPHUS (*Contra Apion*, Lib. I, §. 2) sie (die Sammlung) mit *Artaxerxes*



plura forte lustra, ratam quadantenus constantemque habuerit formam, quodammodo indicant denominationes *Legis* (תורה), *Prophetarum* (נביאים), & *Hagiographorum* κ) (כתובים), quibus hæc volumina, quasi cancellis circumscribi & a ceteris distingui solebant, quorumque jam apud Auctores, vel ante, vel circa tempora Christi quædam λ), posteriores vero Judæ-

*Longimanus* Regierung schließt, so ist das seine Privatmeinung, gegründet auf seine Vorstellung vom Buch Esther. Quem scilicet, ex sua opinione ultimum, rege Artaxerxe compilatum putabat. V. *Antiq.* XI, pag. 577, T. I., Ed. *Sig. Havercamp*, Amst. 1726, Fol.

κ) Quod tamen nomen recentioris inventi, & ab EPIPHANIO primodum expressum esse docet Cel. EICHHORN L. c. C. I. §. 8, p. 40. Unde *Hagiographa* vel initii sui ψαλμῶν, ὕμνων, vel βιβλίων ὑποθηκῶν τῶν παρεχόντων, ἐπισημνῶν, καὶ εὐσεβειῶν συναυξόντων, quia etiam τῶν ἄλλων [παιτρῶν] βιβλίων minus definito, principio distingui solebant titulo. V. Prologum ECCLESIASTICI, Luc. XXIV, 44. JOSEPHUM Opp. T. II, p. 441, 519 sq. (Ed. *Haverc.*) PHILONEM Opp. T. II, p. 475, Ed. *Tb. Mangey* Lond. 1742, Fob.

λ) JESUS, seu JASON *Syracides*, qui annos circa CXL ante Chr. floruisse fertur, in præfatione versioni sententiarum

Judæos frequentissima occurrunt vestigia μ). Idem arguere videtur antiquus ille mos, quo pro numero Litterarum, ad summam XXII, vel XXIV redigi solebant libri sacri ν). Et hæc tanto apud Hebræos valuisse

avi sui præmissa jam scribit: καὶ αὐτοὶ ὁ νομὸς καὶ αἱ προφητεῖαι καὶ τὰ λοιπὰ τῶν [πατρῶν] βιβλίων ἔμικρον ἔχει τὴν διαφορὰν ἐν ἑαυτοῖς λεγόμενα: hac denominatione ab ipso *Ecclesiastico* divina honorifice discernens volumina, Cfr. Not. præc.

μ) *Sanhedrim* fol. 90, 2. 105, 1. *Berachot* fol. 22, 1. *Taanith* f. 15. *Bava Batbra* f. 14, 2. 17, 2. *Targum* in *Cant.* V, 10. *Bereschit* R. XLVIII, 11. LI, 3. Cfr. *BUNDORFII Tiberias* C. XI. JOH. LIGTHFOOTI *Horæ Heb.* in *Luce.* XXIV, 44 (Opp. ejus Vol. II, p. 563 sq. Ed. II. Ultraj. 1699 Fol. Jo. Jac. WEFSTENII *Nov. Test.* Tom. I. p. 329. Amst. 1754. Fol.

ν) Οὐκ ἀγνοητέον δέσιναι τὰς ἐνδιαθήμες βιβλῆς, ὡς Ἑβραῖοι παράδιδασιν δύο καὶ ἑκοστί: ὅσα οὐ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. ORIGENES testatur in EUSEBII *Histor. Ecclesi.* Lib. VI, C. 25. (V. ΕΥΣΕΒΙΟΥ, Σωκράτης, Θεόδωρος, Θεόδωρος, Ἑρμῆς, Ἐσαγρις. Ἐκκλησιαστ. Ἱστορίας Lutet. Paris. ex Off. R. Stephani 1544, Fol. 65, 1.) Quibus consentit HIERONYMUS in *Prolog. galæato*, ubi hunc sacrorum Librorum textit catalogum: I-V *Pentateuchus* I,